

THEATRVM HVMANAE VITAE

Theodori Zuingeri Bas.
Tertiatioe



Nouem VOLVMINIBVS locupletatum,
interpolatum, renouatum.

*Cum tergemino ELENCHO, Methodi sci-
licet, Titulorum, & Exem-
plorum.*



H X A P I N H
ΣΤΓΓΝΩΜΗΝ

NON
SINE PRIVILEGIO.

Basileæ
PER EVSEBIVM EPISCOPIVM.
CIO IO XXCVI.

baudiz in integrum restituro desponderet: dum nuptiz Patifis celebrantur Sabaudi, rex equestribus ludis cum pæfeto satellitum suorum Lorgeo, multum licet reluctantem, cõgressus, conti in pectus adacti fragmine galeam non rectè clausam subeunte grauitèr uulneratus, oculum primò, inde mentem, undecimo die uitam quoq; amisit, & quas contra Lutheranos conceperat minas Francisco filio exercendas reliquit. Sab. supplem.

STYLIS GRAPHIARIIS.

ERIXO eques Rom. à populo Romano stylis graphiariis in foro occisus est, quòd ab eo filius nimis sæuè uapulasset. Fulgosus lib. 9. cap. 3.

IOANNES Scotus (sed non ille, qui nouz sectz auctor fuit) à coniuratis discipulis, D. Cassiani exemplo graphiis fuit cõfossus in Britannia. Iouius in Elogiis, ex Crinito.

CULTRO COQUINARIO.

EYNOMVS Spartanorù rex, pater Lycurgi, cum manum cõseretes in urbe dirimeret, cultro coquinario ictus obiit. Regnum maiori filio reliquit Polydectz. Quo non diu superstitè, regnù redibat, ut erat omnium opinio, ad Lycurgum: ac regnauit priùs quàm uxorem fratris cõstaret esse prægnantem. Plutarchus in Lycurgo.

IESVITÆ tres, & inter eos duo, Theologiç doctores, à furioso cultro coquinario enecti. Sub Tit. A furiosis necati.

ROTA MOLINARIA.

VICTOR martyr sub Maximiano Imper. quòd Iouis simulacrum abominatus pede euertisset, pede abscisso molendinari rotz subiectus contectus. Marul. lib. 5. cap. 5.

ROTA PLAVSTRARIA.

QVIDAM Romz ad bestias damnatus, curru ad amphitheatrum deportatus, dormire se simulans, caput rotz radiis inuoluit, eiusdem que circumacta fracta ceruice expirauit. Seneca.

NAVI.

CARTHAGINENSES, milites Romanos in suam potestatem redactos, nauibus subtrauerunt: ut earum carinis ac pondere elisi, inusitata ratione mortis barbaram feritatem fatiarent, retro facinore pollutis classibus ipsum mare uolaruri. Val. lib. 9. cap. 2.

RUSTICIS INSTRVMENTIS. VT

Falce.

BOEMI milites ad turandos inferioris Vngariz fines contra Turcarum irruptiones à Paulo Kinifio præfeto conscripti, cum insolentissimè & iniquissimè rusticos tractarent, id que ad Paulum quotidie deferretur, eos agrestium turba circũuentos, qui falcibus equorum poplites succiderent, trucidauit, reliquos imperata facere coegit. Bonfinius lib. 3. Dec. 5. Anno Domini MDLII. BARTHOL. Elias Patauinus, honesto inter suos loco natus, cum uariis litigationibus cum monachis omnem non solum consumsisset substantiam, sed & æs alienum grande, quod soluendo non erat, contraxisset, filiasque insuper haberet nobiles, sed dote omni carentes, ex desperatione eas in lecto cubantes interfecit. Quo facto furore actus è patriis sinibus se proripuit, perque inhospita loca nocturnis itineribus errans, in uicium Grignæum inter Alpium prima iuga situm sese recepit. Mox intempesta nocte, cum nullum aliud telum suppeteret, Furiarum indicio falcem messoriam in angulo hospitij latentem, rubigi ne erosam & planè hebetem arripuit, eaq; guttur sibi terq; quaterque repetitis ictibus lacerauit, potius quàm præciderit, nec tam ex uulneris uiolentia, quam sanguinis profusio infelicem efflauit animam. Extat ea de re elegans carmen Iacobi Ruffini.

Aratro.

Iusto Ericson Danus, Dalacariæ præfetus, VXORES marito rum crudeliter occisorum, loco iumentorum trahendis aratris applicare non erubuit: immò inter primas delicias duxit, uidere & audire eas inter tantas angustias fortis mortuos elicere; & rursus aratro apponi, donec mortuz aut semianimes collaberentur. Io. Magnus lib. 22. Gothorù histor.

Flagellis tritorij.

Debacchantibus per Boemiam Hussitis, SESEMVS uir nobilis, qui illis in oppidis arcibusq; suis restiterat, à feris & immanibus rusticis interceptus, humiliq; prosternatus, flagellis rusticanis in modù manipuli flagellabatur, ad singulos ictus uociferantibus, Non ultra insultabis Hussitis: inde manibus truncatus, ac flammis exustus est. Dubrauius lib. 24.

STIMVLIS PASTORVM.

PALÆSTINI sexcenti à Sangare Anathi F. Israelitarum iudice, stimulo bouum cæsi. Iudicum capite tertio.

Asia.

IO. Diazus Hispanus Naumburgi, uariis modis ab Alphonsò fratre, Romano caudico, tentatus fuerat, ut à Protestantium religione descisceret. Cæterum cum omnia frustra fierent, Alphonsus sicarium quendam subornauit, qui ad Ioannem literas à fratre scriptas summo mane deferret. Quas cum Ioannes legeret attentissimè, sicarius à tergo stans, fascia eà caput diffudit. Ad cuius ictum Ioannes amissa cum uoce uita statim concidit, subducente scelatrone cum Alphonso in Italiam. Sleidanus lib. 17.

Serra.

ESAIAS propheta serra lignea dissectus à Manasse nepote traditur. Hieronymus, Thomas, Nicolaus de Lyra.

MILITES ferris dissecti à Valente Imp. contra datum tamen iusurandum, eo quòd Procopium tyrannum, herum suum captum, perfidè Imperatori tradidissent. Cæspianus.

TEMPLARII milites à Saladino Aegyptiorum tyranno ferris dissecti in castro de uado Iacob, anno 1180.

Bello Neapolitano Masius Barrefa, Ferdinandi regis dux, Longobucò oppido capto, NICOLAUM Clanceosum Io. Andegauensis partes fouerem, serra per dorsum lumbosq; adacta, medium secari iussit. Pontanus lib. 2. belli Neapol.

Anno 1589: in emporio Suetiz Stocholmensi mercatores Germani SVECOS noctu adorti, magna strage edita, principes in arce ferris ligneis dilaniarunt. Io. Magnus lib. 21.

Forcipe.

MAVRISIVS seruus à Neapolitano prætorè candenti forcipe concisus est, eo quòd liberum hominè occidisset: tractusq; est per urbem, ridenti similis. Pont. lib. 2. c. 7. de Fortitudine.

IOANNES ab Hornach Vngarus, qui ut Caroli Siciliæ regis mortem ulcisceretur, reginam Vngariz Ludouici uiduam cum Maria filia, Sigismundo Venceslai Imp. fratri desponsata, cepit, matrem submersit, filiam in uinculis habuit. Cæterum à Sigismundo domitus, forcipibus candentibus dilaniatus est. Stumpfius.

Vladislaus Polonorù rege ab Vngaris ad regnum uocato, cum Albæ regiz coronaretur, VNGARVS quispiã, obscuræ sortis, indicauit magnam auri uim ab Elizabetha regina Alberti defuncti regis sibi oblatam esse, ut Vladislaum regem ferro uel ueneno de medio tolleret. Id siue uerù fuit iudicium; siue ementium spe maioris muneris, Vladislaus irremuneratum prætermisit atque dissimulauit, ne quam Elizabethæ infamiã suscepti sceleris inureret. Vngari uerò indicè ignitis forcipibus immaniter dilaniatù disseuerunt. Cromer. lib. 21.

IOANNES Leidensis, rex Anabaptistarù, Monasterij in Vvesphalia cum sociis forcipibus candentibus laceratus. Sleidanus libro decimo.

Clauo.

Iael, uxor Hebris Cenzi, clauum tabernaculi defixit in cerebrum SISRÆ, è clade à Iudæis accepta fugientis, & Israhelitas graui liberauit aduersario. Iudic. 4.

SAEERDOTES Græcorum sub Romano Lacapeno à Rofsis occisi, acutis clauis capiti infixis. Cedrenus.

Henricus VI. Imp. ob crudelitatem quorundam infidiis in Sicilia appetitus, factionis PRINCIPIS capiti coronam æneam cum quatuor foraminibus & totidem magnis clauis affixit, atq; ita hominè abire iussit, his uerbis: Habes homo coronam, quam uenatus es: nemo tibi inuidet, fructe usque adeo desiderata re. Is uerò uertigine oborta humi lapsus, paulo post in miserabili illo diademate expirauit. Nicetas lib. 2. de rebus Alexij Angeli.

Draculã Tranfalpinæ Vngariz præfektum memorat, Turcarum LEGATIS pileã Phrygia ex patriç instituto deponere recusatibus, confirmandi moris gratia, tres capiti clauos affixisse, ac amplius amoueri possent. Bonfinius lib. 10. Dec. 3.

MEDICIS INSTRVMENTIS. VT

Pblebotomo.

Consule Titulum, A Medicis necati.

Nonacula.

SYLLANVS à Caligula genero compulsus ad secandas nonacula fauces, quòd ingressum turbatus mare non esset secutus Imperatorem. Suetonius.

Bartholomæus Elias Patauinus, ob litigationes cum monachis ad summam paupertatem redactus, cum nullum iam superesset patrimonium, quo filias elocare posset, tres paruulas filias LVCRETIAM, Helenam & Lauram, quarto Idus Iunij, MDLII. in lecto cubantes ex desperatione interfecit. Iacobi Ruffini carmen.

Hirudinibus.

Hirudines tamedij causa corpori adhibitz, aliquando affixa relinquunt capita. que causa uulnera insanabilia facit, & multos interimit, sicut MESSALINVM è consularibus patriciis, cum ad genus admisisset. Plin. lib. 32. cap. 10.

Phar.

Pharmaco, Clysmate.

CONRADVS Imp. Friderici II. F. recepta Neapoli, Manfredi fratris astu clystere ueneno extinctus est, an. sal. 1252. Ioan. Villanus lib. 6. cap. 45.

▷ ACVBVS.

CATAPHRYGÆ heretici ex sanguine infantis unius anni, acubus confixi, Eucharistiam conficiebant, & ad socios mittebant. Infans si moresetur, martyr: si superuiceret, pro magico habebatur sacerdote.

▷ FORFICE.

VALTERVS episcopus Herefordensis in Anglia, dum tentat mulierem, forficibus in gula uulneratus obiit. Ranulfus libro 7. capite 2.

▷ DISCO LVSORIO.

Perseus ACRISSII Argiuorū regis, & Abantis ex Danae F. nepos, uisendi aui materni, cumq; sibi conciliandi cupiditate Larissam uenit, quō Acrissius concesserat. Vbi & ætatis robore & disci à se inuenti gloria elatus, dum artem in conuentu hominum ostentat, Acrissium aduerso fato interuenientem, disci imperu occidit. Pausanias in Corinthiacis.

In insula Aegina iuxta Acaci monumentum PHOCI Acaci F. tumulus est, incinctus in ambitu crepidine, incumbit asperum & rude saxum, quo cum Phocum ad quinquertium fratres inuississent, pro disco usi sunt: ac eodem Peleus consulto, ex matris nouerca Phoci, instinctu, quōd cæteris fratribus à patre præferretur, Phocum, cum loco ei suo lapis esset mittendus, dicitur percussisse & interfecisse. Pausanias in Corinthiacis.

▷ CARNIFICVM Instrumentis. Vt

Spinis, Tribulis.

SO COTHENSES senatores spinis atque tribulis à Gedeone concisi, eō quōd in persecutione Madianitarum panem militibus suppeditare noluerant. Iud. c. 8.

Virgū, Flagellū.

STYPRATORES Ocellatum sororum, item Varonillæ, mox Cornelie, uirginum Vestalium, uirgis in comitio ad necem cæsi sunt, sub Domitiano Imp. Suetonius.

L. CANINIUS scriba pontificum, incestus Opimie & Floroniae Vestalibus uirginibus illati conuictus, flagris ad interuentionem cæsus est. Sabellicus libro 2. Ennead. 5. ex Plutarchi Fabio.

Asiaticus quidam legatus Romam missus, lectica ferebatur per agrum Venusinum. BVBVLVS quidam per iocum rogauit, Num mortuum in lectica ferret? Ille statim lecticam deponi, & stupis, quibus deligata erat, usq; ad eō uerberari iussit, dum animam efflauit. Gellius libro 10. cap. 3. ex C. Gracchi oratione recenset.

Rota.

Vlasta seu Valasca, Amazonom Boemiarum dux, equitem Boemum STRADIVM (Aen. Syluius Stradium habet) potionem uenenicā à Sarca puella circumuentum proximè arcem Vicegradum, rotæ supplicio affecit, & radiis rotarum membra innoxuit, ut supplicij dolor principi Premislao increderet. Dubrauius lib. 2.

Neomagi apud Geldros quidam mendicus, IVSTVS nomine, ut iusta occasione pecuniam emendicaret largiorem, ante templi fores decubuit, dæmonij in se dominium simulans. At ubi in dolosi machinamenti opinionem uenit magistratus: adhibiti lictores, qui à cœmeterio discedenti sub prandio manus mitterent. In uinculis igitur artem confessus, decimo post editum hoc spectaculum die, propter atrocitatem etiam quater patratum, rotæ impostus, horis duabus post descendit, eodem tamen repositus die, stranguatus est. Vicrus libro tertio, capite uigesimo quarto, de Prestigijs dæmonum.

RODOLFS Baro à Vuart, qui in necem Alberti Imp. in tractu ad Vindonissam consenserat, à Burgūdo quodam Comite, ad quem confugerat, proditus, à Leopoldo Austriaco, Alberti F. rotæ supplicio Vitoduri affectus est, in qua tribus diebus, totidemq; noctibus uixit. Vxor magno & Christiano animo eum consolabatur. Stumpfius.

Huldrico Vvagner cauponi Villissouiciensi in Heluetia Egidius Spilman cuius Bernensis oculos suos bona fide seruandos commiserat. Caupo perfidus apertis oculis sigillum Egidij reperit, eoque chirographum Egidij nomine scriptum, magnam pecuniam uim sibi à caupone commissam in trium restium presentia fatētis, obsignauit. Post aliquot annos Egidius in ius à caupone uocatus, & cū eo pacisci iussus, uix dum solutionis morā ab eo impetrauit. Interea caupo Lucernæ Archigrammātei ancillam, illo absente, occidere ag-

gressus, istu aberrans, eiusdemq; clamore proditus & captus, perfidiam suam erga Egidium factus, rotæ supplicio affectus est. Stumpfius lib. 7. Heluetiæ.

Securi, Gladio.

▷ *Vide Tit. Decollatorum.*

P. Scipio Africanus superior, cupiens M. Catoni consuli adhuc in Hispania agenti obsistere & res Hispanicas suscipere, perfecit, ut successor in illa prouincia Catonis crearetur. Itaque eō profectus accepit prouinciam à Catone. Cato autem acceptis peditum quinque cohortibus & quingentis equitibus, qui deducere se, iubegit gentem Laceranorum à quibus receptos PERFGAS sexcentos securi percussit. Plutarchus in Catone.

M. Antonius IIIIuir regem Iudæorum ANTIGONVM productum securi percussit: qua pœna in regem nullum fuerat antè animaduersum alium. Plut. in Antonio.

CONSTANTINVS Scotorum rex uictus ab Hungare Dannonum duce, captusq; in antro maritimo securi est percussus. Mansit loco nomē Nigræ specui aliquot exinde annos, nunc diaboli antrum dicunt, in atrocis facti memoriam. H. Boethius lib. 10.

Ioannes XXIII. Pp. indulgentiis in Boemiam missis pollicebatur plenam delictorum condonationem iis, qui Sigismundo regi Hungariæ ferrent auxilium aduersus Ladislaum Regem Neapolitanum, Romanæ Ecclesiæ rebellem. Ioannes uerò Hus rotas indulgentias cum potestate Pontificia abrogare cepit, factione plebeia fretus, quam sic addictam sibi habuit, ut TRES uno die in tribus templis, cum recitari pro concione decretum Pontificis audissent, clamore magno recitanti obstrepere ausi fuerint, palam uociferantes, Romanum Pontificem esse Antichristum, qui crucem aduersus Regem Christianum decreuerit. Comprehensi, & in carcerem detrusi sunt iubete senatu, qui maiore ex parte è Germanis contabat, quibus Venceslaus rex, tanquam in religione constantioribus, plus quàm Boemis fidebat. Adest repente ipse Hus, & cum eo turba, duum millium hominū, aditum in curiam postulantium. Renunciat senatus, non esse locum in curia tantæ multitudini, sed si quid agere apud senatum Hus uelit, actionem ei non denegari, modò quò decet numero comitatus ueniat. Postquam uenit, non aliud postulauit, quàm ut ne quid grauius in iuuenes captos consulerent. omnium illorum culpam in eleuandis indulgentiis in se trāsferre, qui illos talia loqui docuerit, nec abnecere pœnam pro illis subire, si pœna dignus esset, qui uerā diceret. Respondet senatus, nihil temerè se in captos acturum. Interea postridie manè cum præsidio armato eductus gladio percuti iusserunt. Corpora adhuc iacentia mulier quæpiam inuoluit sindone munda, eamque continuò libitinarij cum thero scholasticorum insecuti, extulerunt ad templum Bethlehem, ubi Hus concionatorem agebat, præcinentes: isti sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt. Ac illo quidem die Hus concione abstinuit, sed postea non cessauit mortem illorum deplorare, inuidia maiore, quàm ut illam sedare possent senatores. Dubrauius libro uigesimotertio.

Veru.

BASSIVS episcopus à Perennio præfide in eculeo primū suspensus, demum laminis ardentibus circa lætera appositis excruciat, fustibus & scorpionib. cæsus, in ignem missus, duobus postremò ueribus à talo ad uerticem capitis confixus, spiritum Deo reddidit.

Tauro aëno.

▷ *Vide Tit. Igne clementari exusti.*

EVSTACHIVS dux cum uxore & liberis ab Adriano Imper. quōd pro uictoria sibi contra Barbaros concessa diis sacrificare nolisset, primū leoni obiectus est, deinde in ereo tauro combustus, illæsis tamen ab igne omnibus partibus corporis. Marulus libro quinto, capite quinto, ex Nicephori libro tertio, capite 29.

Laqueo.

▷ *Hi propriè Latini Suspendiosi dicuntur. Vide Tit. Suffocatorum laqueo.*

MARSA Satyrus ab Apolline uictus, pependit laqueo. Plinius lib. 16. cap. 45. Ouid. in Metamor.

LEDA ob Helenæ filia raptum impar dolo & infamie, laqueo semetipsam necauit, *Ἰσχυρὸν ἑψησάντων ὄψων ὀψών.* Sic de illa Helena apud Eutip.

*Λίδα δ' ἐψήσθη
Σατύρου Ἰάστου, ἀψή-
σασ' ἑμῆς ἐν ἄλυσιν.*

Leda uerò per laqueum mortua est, pudore ducta propter nos, præ doloribus.